FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Lebenslauf von Gottfried Hübener.

### Hübener, Gottfried

### Halle (Saale), 10.02.1707

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209119

Visual Library

Ego Godofredus Hübener, quod ad vitæ meæ ingressum atq progressum attinet Freslandiæ, in Ducatu Magdeburgico sita, honestis parentibus, Anno 1671. Octavo Octobris natus, Patre M. Johanne Hübnero, fidelissimo quondam animarum pastore Freslandensium; Ab hoc, v. in studiis dicatus, simulq ab eo unà cum aliis fratribus in puerilia literis imbutus; Defuncto q. Patre Ao. 1688. decimo septimo anno ætatis meæ patriam relinquere & primo Scholam Brandeburgensem Saldrianam, sub Praeclarissimo Rectore M. Godofredo Bergnero; Deinde Anno 1690–92. Spandaviensem sub Rect: Samuele Jacobi; Et denique Anno 93. 94. Perlebergensem, Rectore M. Daniele Müllero frequentare coactus sum; usq dum suasu & consilio fidelissimorum Praeceptorum meorum Anno 1694 Jenenses salutavi Musas, & secundo Maji albo studiosorum insertus. Et quemadmodum studiis dicatus, ita et animum studio Theologico accommodavi, at per annum et dimidium studiis operam dedi: Cumq propter inopiam non diutius mihi illic permanere liceret, conditionem Anno 1695 apud Pastorem Chatensem, Dnm Christophorum Wagnerum accepi, ubi per biennium et quod excurrit commoratus sum: Hinc Anno 1697. ... officium

officium informatoris apud Pastoris Glacoviensis
Filios suscepi, Ac deniq; Anno 1701 ad 1704 usq; apud
Pastorem Betzomiensem: Et ita vitam per octo an-
norum spatium informando protraxi, usq; demum sin-
gulari Dei instinctu atq; ductu Anno 1704 Halam
me contuli, ubi decimo 4to Maji, Rectore Magnifico,
Joh: Samuele Strykio in numerum Civium academico-
rum receptus: At licet propter externum rerum sta-
tum per aliquot menses, per aestivum v. tempus hic
commorari deliberatum ac statutum habebam;
Benignissimus tn. pater, ut alibi, ita et hic semper
media largitus est, ut et nunc ejus clementia
Anno 1707 decimo Januarij in numerum
commensalium Orphanotrophij ordinariorum
sum receptus, ubi provida ejus manus mihi
cum aliis egenis necessarium sinit porrigere
victum. Deus, qui me hactenus servavit, erit
etiam imposterum Deus meus, nec in aeternum
deseret, donec me perducat ad aeternam gloriam su-
am: Cui sit Gloria et honor in aeternum! Amen.
Dabam Halae MDCCVII. Quarto Idus Febru-
arij.

Singulari Dei nutu discessum parare
coactus sum 1. Julij. Et Deo Ter
Optimo Maximo immortales ago grati-
as pro omnibus beneficiis suis. Vocatus
Callbam in Scholam urbanam.